Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 357



paratã stillicidiis infinitis tanq̃ in speculo relucentẽ: habenteq̃ figurã arcualẽ & colores varios a radiis so/lis siue lunæ generatã: sed Aristoteles ait non generari a luna nisi bis in quinquaginta annis. Erit ergo Iris nubes aquosa per oẽs sui partes a radiis penetrata. Forma est arcualis: & duobus capitibus terræ affixis in figurã circuli ad cœlũ eleuat̃. Colores trahit vt placet: nõnullis: ex quattuor elemẽtis. Ex igne eñ rubeus est in summo: ex terra viridis in infimo: ex aere lacteus: ex aqua ceruleus. Sed Aristoteles in meteoris ait ꝙ color rubeus vel vinosus fit ex radio tangẽte superficiem rotunditatis nubis: post quem sequitur color mixtus ex albo & ceruleo scd̃m qualitatẽ dominantẽ in medio nubis: tñ apparet in vno color viridis vbi vapor magis est terrestris: & hi colores sunt aliis pricipaliores: quia mltos hẽt colores: quos pictor nullꝰ exprimeret. Est igit̃ eodem aristotele auctore iris repercussio radii redũdãtis ad vaporẽ sibi oppositæ nu/bis: sicut splendor in aqua refulgẽs in pariete refulget rediens ad ipsum. Sua interpolitione feruorem solis temperat. Resolutione in pluuias inferiora fœcundat. Specie sua superiora pulchra reddit. Dominium hu/miditatis in aere esse oñdit: vnde infra quadragiuta annos a mundi fine non apparebit: quod elementorũ desiccationem indicabit. Pacem inter deum & mundũ denũciat. Semp ex opposito solis est. Ergo nunq̃ apparet in meridie: quia sol nunq̃ est in septẽtrione. Pli. tñ ait ꝙ post autũni æquinoctium appareat quacũ q̃ hora. Nec vnq̃ plures simul q̃ duo. Nondũ illi flauũ. nõ placet quod Seruius scribit mulieres pudicas non esse visas flauo crine. Nam Ouid. in libro de fastis sic ait de Lucretia: cui palma pudicitiæ tribuit̃: For/ma placet niueusq̃ color flauiq̃ capilli: Quodque aderat nulla factus ab arte color.

Sacrum iussa fero: teq̃ isto corpore soluo.
Sic ait: & dextra crinem secat: omnis & vna
Dilapsus calor: atq̃ in ventos vita recessit.

SER. Corpore soluo. nã supra dixit Ne/xosq̃ resolueret artus. Omis & vna. vno im/petu effusa est vita. i. anima. Calor scd̃m eos qui dicunt animam calorem esse. qua discedẽ/te friget corpus. In ventos vita r. Anima: vt in sexto Quem sibi tenuis nascentem accerse/re vitas. Et dicendo in ventos aut eo sequitur qui animam aerem dicunt: hoc est in materiam suam reddit: aut certe eos qui dicunt animã perire cum cor/pore: vt intelligamus euanuit in ventos recessit vt in nono: Sed auræ oia discerpunt: id est euanescunt.

DO. Soluo. Oia q̃bus vita cõstat sibi iuicẽ nexa sũt: sed cũ resoluta fuerit: atq̃ a sese recesserit: tũc mors seq̃tur. Nec fato nec morte merita. Non scd̃m institutũ naturæ: qd̃ fatis atribuit̃. Difficilis eñ mors est: cũ non cõsensu naturæ spiritus reddit̃: sed vi extorquet̃. Añ die. ante tẽpus qd̃ natura potuit afferre.

CHRI. Soluo. Quia secundum platonicos homo anima est: quæ in corpore veluti molestissimo in carcere includit̃. Ergo soluo tãquam a corpo/reis vinculis. & ipse in sexto: Nec auras respi/ciunt clausæ tenebris & carcere cæco.

## Descriptio quinti libri.

Vitus hẽt ludos: & classẽ corripit ignis
Nauigat æneas: siculas defert̃ ad oras:
Ludos ad tumulũ faciũt certamia ponunt
Prodigiosa. & cũctis ardẽs allapsa sagitta:
Iris nutricem habitu mentita senili
Incendit naues: subitus quas vindicat imber:
In somnis pater anchises quæ bella gerẽda
Quoq̃ duce ad naues possit descẽder̃ narrat.
Transcribit matres vrbi populũq̃ volentem:
Et placidum æneas palinurũ quærit in vndis.

## P. Virgilii Marõis Aeneidos Liber Quĩtus

Nterea mediũ æneas iam classe tene/(bat
Certꝰ iter: fluctusq̃ atros aq̃lõe seca(bat
Mœnia r̃spiciẽs: q̃ iã ĩfelicis elisæ
Collucẽt flãmis: q̃ tantum accenderit ignem
Causa latet. duri magno sed amore dolores
Polluto notũq̃ furens quid fœmina possit
Triste per auguriũ teucrorum pectora ducũt

Nterea mediũ æneas iam. Idest dũ fletur: aut sepelitur dido. Et hoc ser/mone librum vt solet: superioribus iungit Cuiꝰ pars maior ex homero est de funere Patrocli sumpta: nisi ꝙ hic certa/men est nauale: illic curule. Nõ potuit aũt vna die in siciliam nauigare. Ergo itellige ꝙ enaui/gauit prima luce: sed leniter spirãtibus ventis dũ Dido se interficit: & dũ fletur: tota die par/profecit: & flãmam rogi circa vesperam vidit quo tempore per naturam ignẽ vider̃ potuit: & etiã in cõsuetudine erat ꝙ cadauera ꝑ diẽ ñ vrerentur: Deĩde tota nauigãs nocte & sequẽ/tis diei parte ad siciliã venit. Certus. Indubi/tabiliter pergẽs: Aut certꝰ æneas: id est sollers & strenuus: vt Equidem per littora certos di/mittam. Atros aquilone. Quos aquilo nuꝑ flãs atros fecerat. Tempestatis enim hæc ẽ na/tura: vt reliquias vẽti teneat etiam in alterius flatu. Atros. Ait Pliniꝰ non esse maris certũ colorem: sed pro ventorum qualitate mutari: & aut flauum esse: aut luculentum aut atrum. Collucẽt. In honorem enim regis cum facu/lis procedebatur a populo Hinc de Pallante: Lucet viam longo ordie flammarum: Postea etiam funebres lectos proferre cœperunt: Vñ in sexto Vel quæ tyberine videbis funera cũ tumulum præter labere iacentem. Quæ tantũ Ait Varro æneã ab anna esse adamatũ: quã/

Vt pelagus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0356
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG